

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116**

Anglia, Scotia, Hibernia - Ettenheim-Münster 113

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput III.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)



Saulis Hibernum et Hermionem Milesii Hispaniarum Regis  
filios Gurguntii Regis Britannorum permisit in hanc  
regionem pestilentia inolis nudatam colonias deduxisse, p.  
Nō vehementer fallimur, satis apertum est hac omnia  
fabulam redolere ab Hibernicis Scriptoribus gratis confic-  
tam. Id duntaxat certum, primos hujus Insula habita-  
tores Britannici generis fuisse, facile enim Britannis fuit  
e Britannia utpote Hibernia proxima in illam demigrare,  
idque prodece videntur infinita vis Britannicarum ditio-  
num in lingua Hibernica, antiqua nomina, quo Britan-  
nicam sapient originem, et veterem cultum, hominum-  
que ingenia, quae ut inquit Tacitus in vit. Agricola c. 24.  
non multum a Britannicis discrepant; item ab Antiquis  
omnibus Insula Britannica dicitur; Diodorus Siculus  
Iris, id est, Hiberniam Britanniae partem vocat, et  
Strabonis epitome illius Incolas diserte Britannos nominat.

Quamvis Romani imperium suum undique propagas-  
sent, tamen ad hanc Insulam pervenisse, aut quidpiam in  
illius Incolas tentasse non leguntur. Labasente dein  
jam Imperio Romano Scotorum natio, prout sup. §. 2.  
n. 62. memoravimus, quae diu per incerta vagata fuerat,  
in Hiberniam infusa videtur, antea enim Scotorum no-  
men inauditum fuit; Sub Honorio autem et Arcadio Au-  
gustis Insulam hanc habitatam fuisse scribit Orosius.  
Scoti igitur Hebridibus Insulis in suam potestatem redactis,  
inde in vicinam et septentrionalem Magna Britanniae  
partem transfretaverunt, eamque, Britis et Caledoniis illius  
veteribus Incolis devictis, occupare, ac nomine suo Sco-  
tiam dixerunt, et subinde proprio nomine abjecto Hiberni  
vocari voluerunt.

Hibernia in varios minores Principatus distributa fuit  
seu provincias, quarum unaquaeque proprio Principi seu  
Regi parabat: Scriptorum passim quinque hujusmodi Prin-  
cipatus numerant, in quibus singulis singuli Principes  
absoluto Dominabantur imperio, et quibus Pentarchia  
nomen indiderunt.

Hic Hibernia Status perdurasse creditur usque ad  
an. Chr. 644. quo Egfridus Nordanhumborum Rex ca-  
dibus et incendiis eam confudit. Inde Dani, Sueci  
et Normanni, qui simul Norvegi diti fuerunt, ab an. 799.  
regionem per 30. annos variis populationibus devastarunt;  
Dein Turgesis iborum Duce ex insidiis sublato in Norvegos  
cede adeo atroci grassati sunt Insula, ut vix nuntius tante  
cladis superfuert; aliquanto post Turgesii mortem tem-  
pore Salicet an. 863. Cedum Hibernos inter et Norvegos  
sub Duce Amalco recruduit, namque per plures annos bel-  
lum atrociter utroque gestum est. an. 1014. Dum  
Hiberni Principes seu Reges Sitricum Norvegum adoriarunt,  
casi ab ipso fuerunt, nec proinde dispersiones ac late,  
Norvegos inter et Hibernos finem accepit, sed toto illo  
saeculo perduravit, donec Dermotus; Dermot seu



rorum | Londondeni | ab Anglis inhabitata, Urbes. at  
an. 1690. Superueniens Wilhelmus III. Jacobi exercitum  
profligavit, ac Senu Insulam obtinuit, et Sororum su-  
um Jacobum inde exturbavit, quem Franciam repeten-  
tem permulti Hiberni Catholici aut comitati sunt aut  
Secuti. ab eo tempore Religio Catholica in Hiber-  
nia vires resumere haud valuit, sed velut pressa ge-  
mit, quamvis penitus opprimi non possit; enimvero  
plerique Hiberni eam adhuc profitentur, etsi illius  
liberum et publicum non habeant exercitium, ac  
non nisi ferre apud Anglos et Scotos, Gallosque  
transfugas Protestantas, qui in ea Domicilium suum  
fixerunt, Calvinismus vigere videtur. Penulti-  
mo, quod Gallos inter et Anglos fuit, bello Princeps  
Eduardus Jacobi III. filius Hibernos vulgato apud ipsos  
apologatus, in quo illis optima quoque promittebat,  
frustra in suas partes adversus Georgium II. modo in  
Anglia regnantem trahere conatus est.

Hiberni post initium Sauli V. Christo nomen dare  
coeperunt, cum enim Coelestinus I. Papa, qui ab an. 423.  
usque ad an. 432. Ecclesia clavum tenuit, Palladium  
Episcopum in Britanniam ad extirpandam heresim  
Pelagianam, qua magna hac Insula diu venabatur,  
misisset, isque ibidem morte praereptus fuisset, tum  
Coelestinus eidem Patritium natione Britannum  
et S. Martino Turonensi affinitate conjunctum subroga-  
vit, qui in Britannia in Hiberniam transfatus,  
ibidem tanto successu Christianam Religionem propa-  
gavit, ut longe maximam Insula partem ad Christum  
converterit, unde et Hibernorum Apostoli nomen me-  
ruit, ejusque Discipuli eos progressus in se Christiana  
fecerunt, ut subsequenti aetate iis nihil sanctius nihil  
creditius fuerit, ac in universam Europam sanctifi-  
corum virorum examina emisissent, quibus Tul-  
da Germania, S. Gallus Helvetiae, Luxorium Bur-  
gundiae, aliaeque Urbes et Monasteria originem hu-  
am debent.

In hac Insula quatuor numerantur Archiepisco-  
patus et novendecim duntaxat Episcopatus, post-  
quam scilicet Protestantas illorum Sedecim sup-  
presserunt. Archiepiscopi et Episcopi omnes Cal-  
vinismum sectantur, necnon Ecclesiae Anglicanae  
doctrinam et disciplinam.

Quod ad Hibernorum mores attinet, ut plurimum  
fortes sunt, animosi et bediosi, se omnibus periculis  
facile exponunt, laboris omnis patientissimi, necnon  
rigoris, inedia, varisque generis miseriarum; corporum  
lineamentis conspicui, mirifica carnis mollietate, et  
propter musculorum tenacitatem agilitate inveni-

bili; ingeniosi, litterarum amantes, benefica mentis, humani et hospitales erga peregrinos, constantes in amicitia, implacabilis odii, gloria cupidi, et qui pati nequeunt, ut factis vel verbis prodantur, in sequiorem sexum proueni, affectibus addictissimi, ut qui mali sint, peiores non evadant, nec boni meliores: tanta fides polleat, ut licet exquisitissimis suppliciis illos excrucies, ab insita tamen fidelitate illos non abduces. Sacerdotes in magno habent honore, et quamvis bello omnia ardeant, religioni ubique securi agunt, nefasque ducunt sacerdotum bona contrahere, multo magis illos aliquo damno officere; cum hostes etiam in maximo armorum ardore ad Tempora confugiunt, tuta aula semper ibi reperiunt.

Quod vero quidam dicant Hibernos omnem cuiusque humanitatem, ac fessos per densissimas silvas et dispersos vagari, nonnon ferina quadam immanitate effrenatos vitam horridam et insultantem degere, id adeo Hibernos duntaxat referri debet, qui silvestres et inultiores mira natura diversitate et inertiam amant, et quietem oderunt, nonnon ex pedita et flagitiis vivunt; quique in puerperam venere effusiores virgines, huc cum decimum vel duodecimum aetatis annum attigerint, viris quasi maturos tradunt, nec ubi modo annorum maturitatem, qua in aliis regionibus observatur, prestolari volunt. Brataea hi silvestres, Hiberni atque in extremis insulae vultu delitantes, variis superstitionibus et veneficiis addicti dicuntur.

Hibernorum nativa lingua antiquitus Britannica, aut Saltan idius dialectus fuit, et postmodum, ubi nempe exteri in eorum insulam appulsi illis commercii coeperunt, transiens multum ab ea deflexerunt, plurimaeque ex horum hospitem idiomatis vocabula retinuerunt, praesertim ex veteri Cantabris seu Hispanis, quod Hispania Tarraconensis Insula loquebantur, antequam Romanis, Gothicis, Vandalis, et Saracenis cognita fuerit, quodque forte species quadam fuit idiomatis veterum Celtarum.

Hibernia regio est inaequalis, montuosa, mollis, aquosa, silvestris, ventis exposita, et adeo paludosa, ut supra montes aquae stagnent. Caelum ad maturanda semina non satis propitium habere videtur, sed adeo humidiora est herbis non satis modo, sed etiam dulcibus, ut si cuiqua diei parte pecora se impleant, et nisi pabulo prohibeantur diutius pasta diffiliant; unde pecorum infinita multitudo, utique quae prima et praecipua Insularum opes sunt; ovium etiam greges plurimi, quos quotannis bis tondent, et e vadi lana lanas, sive villosa saga, et straggula conficiunt, quae ad ceteras gentes deferuntur. Equi item optimi, quibus non idem, qui ceteris, in curru gradus, sed molis alterno coronum explicatae glomeratis. Desipi-

o.  
 6.  
 .  
 6.  
 1.  
 c.1.  
 2.  
 40.  
 .  
 6.  
 1.  
 2.  
 3.  
 4.  
 5.  
 6.  
 7.  
 8.  
 9.  
 10.  
 11.  
 12.  
 13.  
 14.  
 15.  
 16.  
 17.  
 18.  
 19.  
 20.

tres etiam sunt non inundati; sed haec, ut reliqua animan-  
tia omnia, praeter homines et canes venaticos, mirora sunt  
hic quam in Anglia. Caeli autem et Soli humor est ni-  
mius, unde ventos profluvio et catarrhis plurimi, praecipue  
vero advena, venantur, ad quo tamen sistenda igitur  
viam seu aquam vita optimam habent, quo minus in-  
flammat, et magis curiat. Terra autem terrarum  
temperatissima, nec canis calor, exastuans compedit  
ad umbras, non ad foros Capricorni rigor invitat, Aëris  
amoenitate temperique tempora ferè cuncta tepes-  
cunt. Apum tanta multitudo, ut non solum in al-  
veariis, sed etiam arborum trunco, et terra cavernis  
reperiuntur. Vites etiam habet, sed umbra magis  
quam fructus gratia, Solem namque è Leone egres-  
sum frigidiuscula aura emipiunt, et pomeridiani  
in autumnus calores dilutiores, sunt et breviores, quam  
ut perfectam vis matunitatem offere possint.

Præterea nullus hic anguis, nec venenatum quidquam,  
lupis tamen ubique infestatur.

Portus habet multos et opportunos adeo, ut fortè in  
nulla totius terrarum orbe regione præstantiores in-  
veniuntur, item varios lacus et fluvios, quorum præ-  
cipuus est Senus [Shannon seu Shennon:] piscium  
Sivites. Ubiq[ue] etiam fontes occurrunt non modo  
in montibus et rupibus, sed et in planitiebus, qui  
sine murmure et penè sine motu fluunt. ante 70.  
ciriter annos prope Dublinum minerales, et purificæ  
aque fuerunt inventa, quæ cum Spudanis in germa-  
nia et Episcopatu Leodiensi comparari possunt. In  
varios quoque hujus Insulae plagis alii sunt fontes, quos  
Insulae Sævos vocant, et quorum aqua, ut ipsi asse-  
verant, variis morbis mæventur, quamvis nec sapore,  
nec odore, aut alia sensibili qualitate à communi aqua  
discrepent. Catholici harum aquarum virtutem  
quorundam Sanctorum in coelo degentium interesse  
adscribunt.

Hibernia modo in quatuor principales provincias di-  
viditur, suntque Ultonia [Ulster:] Lagania  
[Leinster:] Connacia [Connaught:] et Momonia  
[Munster:] Haec varias minores provincias seu Comi-  
tatus et Territoria in se continent. Eas singulis  
expendimus.

101. 2249

### Se De Ultonia.

Ultonia seu Ulidia [Anglis Ulster, Hibernis Cui-  
quidy, idest, provincia quidy:] Inter quatuor Hiber-  
niae provincias maximè septentrionalis, ad ortum  
Gæto S. Georgii seu Mari Hibernici, ad Aquilonem  
Benealetonis seu Septentrionali Oceano, ad Occasum  
Mari Atlantici seu Occidentali, ad Meridiem le-



trionali Hibernia plaga collocatus limites habet ad orientem  
Grotum S. Georgii; ad aquilonem Oceanum Deucalidonium;  
ad Occasum Comitatum Colranensium, à quo Bannus seu  
Banna | Banne | fluvio separatur; et ad Austrum seu  
potius ad Euronotum Comitatum Dunensem. Eius lon-  
gitudò est 46. latitudo 24. miliarium Anglicorum. Sa-  
tis fructifera regio, à qua incola, quæ ad vitæ sustentatio-  
nem sufficiunt, omnino habere valent. In ea occurrunt

1<sup>o</sup> Antrimum | Antrim | Urbs enigma, sed bene munita  
quinque miliaribus ad austrum à Coneria, et 12. ad Occasum  
à Rupe Gergusii prope lacum Neaghum | Neagh | Comi-  
tatu nomen tribuit.

2<sup>o</sup> Rupe Gergusii, Hibernis Carrickfergus, Anglis Knock-  
Fergus | Urbs Comitatus primaria 12. miliaribus ad Ori-  
entem ab Antrimo distans, et ad ejusdem lacum nominis  
astuarium collocata. Opulenta est necnon incolis  
frequens, optimoque portu instructa, et Castello prote-  
gitur. Nomen accepisse videtur partim ab enicho mon-  
te, cui inedicata est, atque Anglice Knock, Hibernice  
verò Carrick dicitur, partim à Gergo Rege Scotico, qui  
non procul ab ea naufragium passus fuisse dicitur.  
In ea est vetus palatium quod in apothecam versum  
est.

3<sup>o</sup> Belfastum | Belfast | Urbs octo fere miliaribus  
ad Austrum, à Rupe Gergusii ad ostium Lagani | Lagen-  
Watter | fluvii collocata. Portum habet commodum  
atque Mercatoribus, qui in Scotiam et Angliam negotian-  
tur, frequentissimum. Pergulorum in ea visitur Cas-  
telum, tribusque aut quatuor viis instructa est ad li-  
neam ductis non levis, ac si recens edificata esset.

4<sup>o</sup> Conneria seu Conora | Conner, et Conner | Urbs  
5. miliaribus ad aquilonem ab Antrimo distans. Nihil  
in ea memorandum occurrunt, nisi quod olim Sedes Epis-  
copalis fuerit, quam Dunensis absorbit.

§. II.

#### De Comitatu Colranensi.

Comitatus Colranensis, alias etiam Londino-Devien-  
sis | Colrany, Colrain, et London-Dervi | ad Orientem  
confinis est Comitatu Antrimensi, à quo flumine  
Bannus | Banne | separatur; ad Septentrionem parti  
Comitatus Dummagalenis et maris Deucalidonis; ad  
Occidentem reliqua parti Briti Comitatus; et ad Me-  
ridiem necnon ad Africum Tyroneis. 56. milia-  
ribus longus, et 30. latus est. Aquabilis et aliubi  
aperta regio necnon fertilissima. Notatur hic

1<sup>o</sup> Colranum | Colraine seu Colrain | Urbs spectabilis,  
à qua Comitatus etiam nomen ducit, sita ad Bannium

leu Bannam flumen, in confinis Autrimensis Comitatus, 4. miliaribus à mari.

2<sup>o</sup> Londino-Demia, Londinum Novum, et Roboretum  
! London-Derri: Ubs, nova Anglorum Colonia an. 1612.  
huc deducta, unde veteri illius nomini Demia !: Derry:  
Londinum !: London: adjunctum fuit, ipsaque Londi-  
no-Demia !: London-Derri: nuncupata. Sita est  
in Insula Eugenii !: Inisowren: in solo fertili et prope  
piscosos fluvios, quorum proximus est Derqus !: Derg:  
! qui huc Deponto nomine Lams foilers !: Lough-foyle:  
nuncupatur à lacu urbem istam inter et Oceanum Deu-  
caledonium collocato: in confinibus Dunnegalensis  
Comitatus 14. miliaribus penè ad Asricum à Lanne-  
vadio !: Lannewady: et ferè 108. ad Curum à Dublino.  
Munita est, ac in communi Hibernià Anglorum lan-  
na an. 1641. adeo strenue se defendit, ut nec vi nec  
aste hostes eam obtinere potuerint. An. 1649. dum  
in summas adducta angustias extremaque pressa fame  
deditionem meditatur, ab OWENO ROSS O-Neal li-  
berata fuit. An. 1689. frustra eam Jacobus II. ob-  
sedit. Amplia non est, ut in qua non nisi bina pla-  
teae in comis formam intersecta numerentur. Aedes  
habet ex lapidibus quadris constructas, portumque op-  
timum. Praecipuis Hiberniæ urbibus ad-  
numeratur. Olim fuit Sedes Episcopalis Metropoli  
Armaehana Subjecta, antequam scilicet Anglorum  
Colonia fieret.

9. III.

104.

De Comitatu Dunnegalensi.

Comitatus Dunnegalensis seu Dunghalensis !: Dunne-  
gal seu Dunghal: contemnat ad orientem Glouci-  
ensi et Tyroneensi Comitatus; ad Septentrionem ma-  
ri Deucaledonio, ad occidentem Oceano Atlantico;  
et ad meridiem Comitatu Fermanaghensi et sinu  
Dunnegalensi. 64. seu, ut aliis placet, 48. Dun-  
tanat miliarium est ejus longitudo, et 35. latitu-  
do. Aquabilis est regio et quodammodo de-  
nidata, portubusque referta. ~~notatur hic~~  
Anglis Comitatus hic Tyroneensis !: Tyr-  
conell: dicitur. In eo notatur

1<sup>o</sup> Dunnegalia seu Dungalio. !: Dunnegal vel  
Dunghal: Ubs Comitatus primaria, qua et ei no-  
men tribuit. Sita est ad ingens sui nominis aestua-

q. ad aquilonem  
 vium in quod Eskus | East: | fluvius præcepit agitur,  
 1000. passibus ab Ems lacu | Lough- Erne: | et 100. mil-  
 liaribus ad Castrum à Dublino. Deterior conditio  
 eam penè convertit in pagum.

2<sup>o</sup>. Reglis seu Regles vel Regtles, alias S. Patricii  
 in Insula centrum Dergilacis | Lough- Derg: | ocu-  
 pans, septem miliaribus Angliis ad orientem à Dun-  
 gobia. Olim in ea Monasterium fuit, prope  
 quod Speus ~~regalis~~ seu aut septem pedum altitudinis  
 obscurus omnino, et ita angustus, ut non nisi quinque  
 vel sex personas caperet. Communis fama fuit,  
 eos, qui illum intrarent horrendis terribis visionibus,  
 terribiliisque spectra se illis præbere conspicienda.  
 Inedlis Eilan o Gougadory, et Gougadory o Patrick  
 idest, Insula Purgatorii et Purgatorium Patricii  
 dicitur; ajunt enim S. Patricium Hibernorum  
 Apostolum à Deo advertissimis precibus impetrasse,  
 ut poena et comitatus, qui impios post hanc vitam ma-  
 nent, ob oculos hæc proponerentur, ut insita suis Hi-  
 bernis peccata et gentiliū errores facilius extirpa-  
 ret, eisque animæ immortalitatem persuaderet; un-  
 de etiam Insula Damnatorum dicta fuit. Verum  
 hæc fabulam verolenti, magis autem quod offerunt  
 alii, Ulysses nempe, cum ad tartara descenderet,  
 specum hunc effodisse. Istud S. Patricii Purgato-  
 rium extinctum est nec amplius subsistit, Speus enim, ex-  
 turbatis à Monasterio Monachis, omnino devastatus est.

105. ~~105~~

## S. IV.

## De Comitatu Tyroneſi.

Comitatus Tyroneſis | Tyrone, Tiroen, Tir- Owen,  
 Tir- Eogain: | limites habet ad orientem lacum Neagum  
 | Lough- Neagh: | et Anmahannum Comitatum; ad Septen-  
 trionem et Castrum Comitatum Colranensem, ad Meridi-  
 em et agrum Monaghanum et Fermanaghensem.  
 Longitudo ejus est 47. latitudo 33. miliarium. Mon-  
 tosus est, sed tamen fertilis. Dividitur in Superio-  
 rem | Upper Tyrone: | et Inferiorem | Nether Tyrone: |  
 Superior illius pars modo Colranensi Comitatu adjecta  
 est. Notatur

Coheria, Clochora, Clogaria, et Glogeria | Clo-  
 gher seu Clagher: | Urbis supra collem posita, cujus  
 pedem aluit Blackwatera | Blackwater: | fluvius,  
 tribus miliaribus ad austrum ab Aghera | Agher: |

Pauperima Civitas, Sedes tamen Episcopi Armaghano  
Metropolitae Subjecti.

§. V.

106.

De Comitatu Germanaghensi.

Comitatus Germanaghensis: Germanagh seu Garna-  
nagh: | ad Orientem terminatur Monaghano, ad Sep-  
tentrionem et Meriem Tyroneensi, ad Casum et Aquil-  
onem Dunnegalensi, et ad Meridiem Cavanensi,  
ad Africum vero Letrimienti Comitatus. Longi-  
tudo ejus est 29. latitudo 24. miliarium. Regis  
est Silvis et paludibus ~~opposita~~ obrita, lacusque Eonus  
| Lough-Earne: | vix non tertiam ejus partem implet.  
Notatur hic duntaxat

Eniskilinga | Eniskiling, Inneskiling, et Iniskil-  
lingi | Urbs Comitatus primaria, posita in lacus Eoni  
Insula, 7. miliaribus ad Euronotum à Tubi-castro  
| Tully-castle: | et 42. ad Austrum à Londino novo.  
Ampla non est sed oppido munita; eam varie, quas  
exanthavit, obidiones celebrem effecere.

§. VI.

107.

De Comitatu Cavanensi.

Comitatus Cavanensis | Cavan seu Cavan: | alias eti-  
am Breania, Brenta, et Brefinia | Est-Braney,  
et Breane: | dicitur. Ad Eum et Aquilonem  
Monaghano, ad Casum Letrimienti, et ad Aus-  
trum Longfordiensi | Longford: | et Meridia Occiden-  
tali et Orientali | West-Meath, et East-Meath: |  
Comitatibus contemminat. 47. miliaribus longus  
est, et 22. latus. Eius Insula potius inter propugna-  
ula, quam Urbes, habitare videntur. Notatur  
hic i

1<sup>o</sup> Cavanium | Cavan: | Oppidum seu Urbs exi-  
qua, totius Comitatus Caput, de qua nihil occurrit  
memorandum, nisi quod Dux Baroniensis propè  
eam an. 1689. à Wilhelmo III. devictus fuit.

2<sup>o</sup> Chilmoria seu Kilmora | Kilmore: | Urbs sita  
~~ad Breania~~ varis confinia Comaie | Comaught: |  
et Legania | Leinster: | tribus miliaribus ad Africum  
à Cavanis, et 32. ad Austrum ab Armagh: | Armagh:  
Sedes Episcopalis à Nicolo Papa V. an. 1454. erecta sub  
Metropoli Armaghana, sed tenuis et proletaria.

§. VII.

108.

De Comitatu Monaghano. | Monaghano: | limites

habet ad Aquilonem Tyroneusem, ad Ortum Armachanum, ad Austrium Cavanensem, et ad Occasum Fermanaghensem Comitatus. Longitudo ejus est 34. latitudo 20. miliarium. Regio montuosa et silvis abundans, olim propter montes et saltus ferre nihil huius occurrebat, at recentiori aere hi multum exiiri fuerunt. Notatur Monaghanum seu Monachanum (| Monaghan: |) Urbis Caput Comitatus 5. miliaribus ad Aquilonem ab Armacha distans. Quamvis splendida haud sit, incolis tamen frequens est.

109. ~~108~~

§. VIII.

De Comitatu Armaghano.

Comitatus Armaghanus seu Armachanus (| Armagh: |) ad Orientem Dunensem Comitatum, à quo ex parte Neria (| Newry: |) fluvius illum secedit; ad Aquilonem Lacum Neagh (| Lough-Neagh: |) ad occidentem Tyroneusem et Monaghanum, et ad Meridiem huius Thensem (| Louth: |) Comitatus attingit. Eius longitudo est 32. latitudo 17. miliarium. Optima totius Hiberniae Regio. Occurrit

1<sup>o</sup> Carolomontium (| Charlemont: |) Urbis primaria Comitatus posita ad fluvium Blackwater (| Black-Watter: |) in confinibus Tyroneusem Comitatus, quatuor miliaribus ad Euronotum à Duncannonio (| Dunganon: |) et Septem ad ~~North~~ ad Aquilonem ab Armacha.

Munita est, atque in ultimi belli tumultibus gravem sustinuit obidionem. Titulo Vice-Comitatus gaudet.

2<sup>o</sup> Armacha seu Ardimaacha (| Armagh seu Ard-mach: |) Civitas ad Kalin fluvium sita, Comitatus nomen tribuens, Sedesque Archiepiscopi et Hiberniae Primatis, necnon ante haec Legati nati Summi Pontificis. Olim lingua patria Donnach-Mor, et Drum-Salich dicta, necnon spectabilis ac florentissima fuit, at bellis et incendiis adeo devastata fuit, ut modo propter misera tuguria et dirutos muros Cendri, in quo Primas residebat, in ea nihil occurrat: Unde Florentinus Octavianus de Palatio illius quondam Metropolitana De illa haec ait:

Civitas Armachana,  
Civitas vana,  
Absque bonis moribus,  
Mulieres nuda,  
Carnea cuncta,  
Paupertas in aedibus.



protenditur, in latitudine vero ad duo vel tria duntaxat, illum  
260. circiter parva Insula occupant.

3<sup>o</sup> Dromoria | Dromore, seu, ut quibusdam placet,  
Dramore: | Ubs exigua quatuor miliaribus ferme ad  
meridiem ab Hilsburgo | Hilsborough: | oppido, novemdecim  
ad Durotonum ab Armagha, et quindecim ad Carrum  
à Duno, ad ripam Lagani | Lagan: fluminis po-  
sita. In veteris abijt eius conditio, quamvis Sedes  
Episcopalis sit.

iii. 409

§. X.

De Comitatu Luthensi.

Comitatus Luthensis | Louth, Hibernis Jrial, Veteribus  
Lura et Luda: | Confinis est ad orientem Frato S. Georgii;  
ad Aquilonem Comitatus Armaghani et Sinui Carling-  
fordiensi, qui idem à Dunensi Comitatu distinguit,  
ad Occiduum Comitatus Monaghani et Cavanensi, et  
ad Austrum ac Durotonum Comitatus Midie | Meath, à  
quo Boina seu Borinda aut Duwind | Boyne: | fluvius  
idem separat. Communiter apud geographos, et in  
varis tabulis geographicis legantur adscribitur, sed per-  
peram, à remotis quippe Saulis pars Ultonia factus  
est, ubi enim Angli Ultonia potiti sunt, illam in tres  
presumptos Comitatus divisere. Dunensem scilicet, Luthen-  
sem et Antrimensem, prout supra memoravimus.

Fertilissima est regio frumento et victis abundans.  
Non nisi 25. miliaribus longa est, et 13. lata, nec du-  
bium, quin in illa prima Ultonia divisione ab Anglis  
iusta longè amplior fuerit, pluraque alias regiones  
et territoria sub se et hoc nomine continerit.

Notatur hic

1<sup>o</sup> Carlingfordia | Carlingford: | Ubs posita ad  
Sinum, qui ab ipsa Carlingfordiensi dicitur, quatuor  
miliaribus vel quinque à Dundaleo ad Euro-Aquilone  
Marem, 22. ad Austrum à Duno, et 30. ad ortum ab  
Armagha. Sinus, ad quem sita est ad tria usque  
quatuor miliaria in longitudine protenditur, et ad toti-  
dem in latitudine, praestantissimumque portum efficit,  
in quo maxima navigia in anchoris à ventis tuta  
consistere possunt: illius tamen aditus propter scopulo-  
rum seriem valde angustus est et periculosus.

Ab hac Urbe N. De Toff, quem Germani Austriaci,  
qui vocalem O velut A pronuntiant, communiter Toff  
nuncupant, in bello Hungarico sub finem praeteriti  
saeculi celebris, <sup>sub</sup> ~~impresario~~ Leopoldo Magna Belli Duci  
titulum Comitis gessit.

2<sup>o</sup> Dundalum | Dundalek: | Ubs 8. miliaribus



à qua Suva | Shure: | fluvius illam separat. Figura illius  
ferè triangulum exhibet. Longitudine sua ab Aquilo-  
ne ad Austrum 112. miliaria Anglica, et latitudine ab Ori-  
tu ad Occasum circiter 70. aequat.

7 sunt Praecipui eius fluvii | Barrovius | Barrow: | Suva | Shu-  
re: | Boyna seu Borinda et Buwinda | Boyne: | Liffa  
| Liffe seu Liffy: | Neria | Nier: | Slana Slayna, Slone  
antiquitus Nordmoyfluvius | Slane: | Inny | Inny: | p. p.  
Aërem habet amoenum et nitidum; nec calor nec fri-  
gus hic unquam excedunt. Fertilissima est, atque  
frumenti, pasuorum, pisium, et avium aquaticarum  
feracissima; optimos etiam alit equos, estque omni-  
um Hiberniae provinciarum spectatissima. Illius In-  
cola in moribus Anglos imitantur, à quibus plerique ortum  
ducunt.

Numerantur in hac provincia Archiepiscopatus unus,  
tres Episcopatus, postquam duo suppressi fuere; Urbes et  
Oppida 165. 102. Castella ab Anglis probe munita, et  
920. Parochia.

Olim idam mediæe Brigantia,  
Menapii, Cassii, et Blavii seu Elbanii. Subinde  
in duo regna divisa fuit nempe in Leganiam | Leins-  
ter: | propriam, et Midiam | Meath: | quarum quali-  
bet suum Regem habuit, donec orta inter eos dissen-  
sio Henrico II. Angliae Regi dedit occasionem utraque  
occupandi; inde in unam coaluere provinciam, quae  
Leganiam nomen retinuit.

Nunc in Undecim  
Comitatus distribuitur, suntque Longfordiensis | Long-  
ford: | Midia Orientalis | East-Meath: | Midia Occi-  
dentalis | West-Meath: | Dublinensis Comitatus | Du-  
blin: | Wicklowensis seu Wickloensis | Wicklow  
seu Wicklo: | Kildariensis | Kildare: | Comitatus  
Regis | Kings-County: | Comitatus Regine | Queens-  
County: | Comitatus Kilkennensis | Kilkenny: |  
Catherlagensis | Catherlagh: | et Wexfordiensis | Wex-  
ford: |.

Eos singillatim expendimus.

113. ~~114.~~

S. I.

De Comitatu Longfordiensi.

Comitatus Longfordiensis | Longford: | in extremitate  
totius Leganiae playa ad Caesuram positus, ad Orientem  
et Austrum Midia Occidentali confinis est; ad Aquilo-  
nem et Caesuram Comanae, et Cavariensi in Ultonia  
comitatu; atque ad Occasum Sene | Shannon | fluvio,  
qui illum à Roscomansi in Connalia Comitatu  
separat. Non nisi septem miliaribus longus est,  
et sex latus. Equidem parva regio, sed opulenta.  
Simul et amœna. Notatur hic

1<sup>o</sup> Longfordium | Longford: | Urbs Comitatus Caput ad Cam-  
linum | Camlin: | amnem sita quinque miliaribus versus  
occidentem à fars S. Joannis | St. Johns-Town: | et  
Sex ab Ardacha | Ardagh: | Titulo Comitatus gaudet,  
ceterum de ea nihil occurrit dicendum.

2<sup>o</sup> Ardacha | Ardagh et Ardach: | Urbs exigua sex mil-  
liaribus Angliis ad Caerum à Longfordis. Antehac  
Sede Episcopali decorata erat, quae postmodum suppressa  
est, aut potius Chilmoriensi juncta. Modo vilis est ejus  
conditio.

§. II.

400. 114.

De Comitatu Media Occidentalis.

Comitatus Media Occidentalis, seu Media Occidentalis  
| West-Meath: | ad Orientem Media Orientali jungitur,  
ad Septentrionem Cavanensi in Ultonia Comitatus; ad  
Caerum Longfordiensi; ad occidentem Roscomensi in  
Connaicia Comitatus; et ad Austrum Comitatus Regis  
| Kings-County: | 40. miliaribus Angliis longae est,  
et 20. lata.

Laus admodum piscosus habet et  
optima pasua. Fertilitate et Incolarum frequentia  
ceteros Hibernia Comitatus superat. Notari hic me-  
retur

1<sup>o</sup> Molingaria | Molingar, Mulinghar, et Mullan-  
gar: | Urbs Comitatus, imò totius provinciae Caput,  
Spectabilis et bene munita, 13. miliaribus ad ortum  
à Ballimora, et 40. penè ad occidentem à Dublino  
dipita.

2<sup>o</sup> Ballimora | Ballimore: | Urbs paludibus cincta  
et admodum munita. An. 1091. Wilhelmi III. Angliae  
Regis exercitui eam obsidenti, vehementer resistit; tan-  
dem ad hostis arbitratum se dederat coacta fuit.

§. III.

400. 115.

De Comitatu Media Orientalis.

Comitatus Media Orientalis, seu Media Orientalis | East-  
Meath: | ad ortum Oceano jungitur et Comitatus Dubli-  
nensi; ad Aquilonem et Mesem Cavanensi et Luthen-  
si in Ultonia Comitatus; ad Occasum Media Occi-  
dentali; et ad Austrum Kildariensi Comitatus. Eius  
longitudo est 38. miliarium, et totidem latitudo.

Olim una cum Media Occidentali unum efficiebat  
Comitatum, qui simpliciter Media nuncupabatur,  
ac primum circa medium saeculi XVI. sub Henrico VIII.  
ambo à se invicem divisi fuerunt.

In horum duorum Comitatum montibus variisque ali-  
is illorum borealibus plagis solum inaequalitas est non  
levis, ac si olim aratro versum fuisset; Incolarum tra-  
ditio est, Majoris suos agriculturam omnino exerceisse,  
et quia regis haec hinc inde vastis nemoribus contracta erat,  
ea loca, quae nemoribus vacua erant, ipsorumque collium

qua illu  
ab Aquil  
tudine ab  
Sua | Sha  
Ligfa  
na, Sloa  
y | pop  
or ney fi.  
a est, atq  
aticarum  
que omni  
Johu  
igne ota  
ny unus  
liberel  
ita, et  
igantey  
Lubinde  
| Leis-  
n queli  
eos dpa  
utrage  
iam, q  
kum  
| Long  
Occi-  
| Du-  
Cord  
atuy  
neest  
y | |  
is | |

10.  
15.  
20.  
25.  
30.  
35.  
40.  
45.  
50.  
55.  
60.  
65.  
70.  
75.  
80.  
85.  
90.  
95.  
100.

et montium pariter possidisse ac coluisse; postmodum  
horum nemorum pleraque excisa fuere atque in arva  
et riveta conversa; addunt insuper harum silvarum  
aliquas gravibus ac insolitis ~~tempe~~ motibus terram absor-  
buisse, quarum loco, magni, qui in vicinis Comitatu-  
bus occurrunt, laus prodierint; an id unum fundamentum  
ab ijs dicatur, ignotum est, illius tamen conjecturandi  
praebet occasionem, quod interdum immodica longitu-  
dinis et latitudinis arbores en iis evanescunt, quae jam a lon-  
go tempore desolata fuerunt. Notatur hic

1<sup>o</sup> Kellinum (Castellum) | Kellas, Kells, Kellca et Ken-  
les: | Urbs ad ripam Blakwateria | Blakwater: |  
fluvii posita sex circiter miliaribus ad occasum  
à Drogheda. Una ex praecipuis hujus Comitatus  
urbibus.

2<sup>o</sup> Dulceum seu Dauliacum | Dulek: | Septem  
miliaribus et ferme versus Orientem à Slania, et  
quatuor ad Meridiem à Drogheda ad Nannum | Nen-  
ny: | flumen collocata. Olim fuit Sedes Episcopa-  
lis sub Metropoli Armaehana, quae sequenti eta-  
te Clunavadiensi conjuncta fuit.

3<sup>o</sup> Aboya | Aboy seu Athboy: | Urbs exigua, sed  
tam indigenis tum extaris frequens, octo miliaribus  
Angliis versus Euronotum à Navana | Navan: |  
ad Boynam | Boyne: | flumen non procul à Chil-  
morra sita. Jux mundinarum habet. p.

4<sup>o</sup> Trina seu Truma | Trin seu Trime: | Urbs  
exigua et Comitatus praecipua, ad Boynam flumi-  
ni posita sex miliaribus versus Euronotum ab Ab-  
oya. muris circumta est, et angusto castro protecta.  
Communio satis frequens. Quidam scriptores  
memorant, in ea residere Episcopum Armaehano  
Metropolitae subiectum. Dum Uloraensis Regis  
Angliae secundo genitus etiam Trina Comes nuncu-  
patur.

116. 660.

## §. IV.

## De Comitatu Dublinensi.

Comitatus Dublinensis | Dublin-County: | ad Ori-  
entem à mari Hibernico seu Grotto S. Georgii pul-  
satur; ad Occasum et Casuum confinis est Kilda-  
ria et Media Orientali, ad Austrium Comita-  
tus Violoriensis. 28 miliaribus longus est, et  
16. latus. Solum habet frumenta et parvas

103  
faciendum, at ligni ~~est~~ patitur penuriam, cuius loco  
Insula pingui quadam gleba et carbonibus fossilibus  
utuntur. Notatur hui

10. Dublinum, Dublinia et Dublinium | Dublin,  
Hibernis Balacloy: | Civitas totius Hibernia ca-  
pit, ad Liffam | Liffa: | fluvium, qui ibidem am-  
plum efformat portum, collocata 20. circiter milia-  
ribus à Suro Mona in Valia Insula promonto-  
ris | Holy-Head: | ad Austrum bini montes, ad  
Occidentem aperta planities, et ad ortum Mare  
eidem imminet. Ptolomaeo Eblana dicitur.

Quando et à quo exiata fuerit, ignotum haec-  
tenus mansit, attamen vetera Scriptorum monu-  
menta antiquissimam declarant. Post Lon-  
dinum omnium trium Regnorum Civitatum est  
vastissima, pulcherrima, opulentissima, et po-  
pulosissima. Ad Austrum muros et propugnacu-  
lis firmatur. Sex sunt in ea portae, et totidem  
Suburbia admodum protensa. Versus Orientem

loco eminenti Castrum positum est fossis, turri-  
